



**MAGNI OPERIS || DE OMNI=||BVS GERMANIAE ||  
EPISCOPATIBVS || EPITOMES:||**

CONTINENS ANNALES || Archiepiscopatus MOGVNTINI ac duodecim ||  
alioru[m] Episcopatum, qui Moguntino Suffra=||ganeatus titulo subsunt:  
Item BABEN=||BERGENSIS Episcopatus, ab || omni iugo Archiepiscopali ||  
exempti.||

**Brusch, Kaspar**

**Noribergae, 1549**

**VD16 B 8782**

Decimvm Quartvm, omnes Verdenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64715)

## CATALOGVS EPISCOP.

postulatur & assumitur in administratorem Halberstatensem unanimi cōsensu totius cleri anno Domini 1479. Administrauit Episcopatum Halberstatensem annis triginta quatuor. Valedixit huic mortali uitae anno Domini 1513.

40. ALBERTVS Marchio Brandenburgensis, Archiepiscopus Magdenburgensis & Moguntinus Cardinalis, de quo legisti plura in Episcopis Moguntinis: assumitur in administratorem etiam Ecclesie Halberstatensis anno Domini 1513. Præfuit annis triginta duobus. Obijt anno Domini 1545. Sepelitur Moguntiae apud S. Martinum. Vacauit post huius mortem Halberstatensis Ecclesia annis tribus.

41. IOANNES Albertus Marchio Brandenburgensis Archiepiscopus Magdenburgensis & Germania Primas: antea uiuente adhuc Cardinale Alberto, coadiutor: constituitur & eligitur in Episcopum Halberstatensem anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo octauo. Præest adhuc hoc anno Millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

## DECIMUM QUARTUM Caput de omnibus Ecclesie Verdensis Episcopis.

**V**ERDENSIS Episcopatus in Orientali Saxonia, ultra Visurgin amnē, inchoatus est de uictis  
Saxo

Saxonibus & liberalissime dotatus à Carolo Magno Galliarum Rege potentissimo, ac Romanorum Imperatore laudatissimo, annum Christi circiter 776. Cœpit autem primum hæc Ecclesia in honorem beatæ Virginis Mariæ in loco Konende, aut ut alij uolunt in ciuitate Bardeuicensi: mox uero maioris commoditatis ergò ad Verdense clarius tum & nobilius, q̄ est hodie oppidum translata. Eius Episcopalis Ecclesiæ, unius ex decem Episcopatibus à Carolo Magno in Saxonia à se deuicta fundatis, doctores præsules ac gubernatores à prima origine ad hanc nostram usq; ætatem numerantur infra scripti.

I. SVIBERTVS abbas Anglicus, Benedictine professionis, uir mira uitæ sanctimonia præditus: audiens Saxoniam ad Christum esse conuersam & ibi desiderari pastores qui populum in Christianismo insisterent: amore propagandæ doctrinæ, de Christo humani generis liberatore, uenit per mare in Saxoniam: ubi à Carolo Magno clementer exceptus, statim nouo huic Episcopatu præfectus est, anno domini 776. Præsuit teneræ adhuc & pubescenti Ecclesiæ summo studio, cum doctrina tum exemplis per annos unum & uiginti. Condidit auxilijs Caroli magni cœnobium Cathedrali Ecclesiæ Carolinæ contiguum pro Canonicis sub Benedictina regula uicturis: Expellitur tandem ab infidelibus quibusdam à gubernatione Ecclesiæ diinitus & per Carolum Magnum sibi commendatæ,

Gg 5 anno

## CATALOGVS EPISCOP.

anno domini 797. Dedit uero ei domina Bertrada Pipini regis coniunx, & Caroli Magni mater pagum Kheiferswerd insulam Rheni, non procul à Colonia sitū, in ea domunculā sibi construens, & Deo summo zelo seruiens, reliquum uitae ibi exegit. Obijt autem anno domini 807 ultima Aprilis. Sepelitur in templo quod ipse in eo pago prope oratorium suum sibi & suis statuit & erexit.

2. S. PATTO Scotus & monachus Benedictinus, & Abbas Amarbaracensis successit Suiberto.

3. TANCO tertius Episcopus successit S. Pattoni, & ipse Scotus.

4. NORTYLA.

5. CEVILO alibi LEVILO: legitur praesedisse Verdensi Ecclesiae solo nomine, propter malitiam temporum & infidelium furores.

6. CORTYLA Scotus.

7. ISINGERVS.

8. HARRVCHVS Scotus & Abbas Amarbaracensis. Sub hoc Episcopo Canonizati & in Diuorum numerum à Pontifice Maximo relati sunt S. Patto & S. Tanco Episcopi Verdenses miraculis clari. Aliud de Episcopis his omnibus nihil inuenitur in fastos relatum.

9. HELIGANDVS uixit & praesuit Ecclesiae Verdensi anno domini 833 cum S. Ansgario Hamburgensis commendaretur Ecclesia ab Imperatore Ludouico Pio.

10. ER

10. ERLVLPHV S successit Heligand. Trucis datur & martyrio coronatur cum multis alijs Christianis in loco Eppekstorp (in quo postea monialium coenobium est constitutum) à Nordmannis ac Danis Saxoniam misere uastantibus, circa annū Christi 876.

11. VVALTHERVS Saxo: cum omnes reliqui fuissent uel Scoti uel Angli, successit p. o Martyri Erlulpho, constitutus à rege Ludouico secundo.

12. VVIGBERTVS ex genere Magni Saxonum ducis ðwidkindi natus dignitate cum generis tum religionis fulgens: Generis coram hoc seculo, religionis coram Christo: subrogatur ðwalthero Episcopo. Donatur munificentissime à Ludouico secundo. Dedit & ipse omne patrimonium suum Ecclesiæ Verdensi, pagos nempe ðwestphalicos ðwineswalt, Ballam, Musturiam, Ghenetum, Herbrunnum consensiente Arnulpho Rege: Actum id est in oppido Forcheneheym, Anno Christi 869.

13. BERNHARIVS uir plenus uirtutum, qui utilissime præfuit Episcopatu Verdensi, sub tribus Imperatoribus Ludouico tertio, Conrado primo, Henrico Aucupe, quibus omnibus eximie charus fuit.

14. S. ADELVVARDVS illustri genere ortus: Constituitur ab Henrico Aucupe.

15. AMELVNGVS filius Hermanni ðwilungi ducis, cōstituitur ab Othone primo Imperatore in successorem S. Adelwardi. Huius Amelungi germanus frater fuit

fuit

CATALOGVS EPISCOP.

fuit Hermannus infimæ nobilitatis homo, sed strenuus bellator ac fidelis Othonis Magni locumtenens in Saxonie prouincijs omnibus dum ille bellum gerit in Italia contra Berengarium. Iccirco eum Otho foeliciter ex Italia reuersus ducem Saxoniarum aliquot prouinciarum creauit. Is Hermannus primus condidit arce[m] in monte Lunenburgensi & Monasterium eiusdem loci S. Michaeli dicatum.

16. BRUNO Saxonie & Sueuie dux, filius Othonis, nepotis Othonis magni ex Leutholpho filio: successit Amelungo: is hæreditatem suam paternam Deo & Ecclesie dedit, monasteriumq; Vlsinense proprijs & Deo fideliter seruientibus puellis condidit, in honorem beatæ Virginis Mariæ & S. Ioannis Baptiste. Designatur Romanus Pontifex ab Othone tertio anno domini 994: cognominatur Gregorius V. Præfuit sedi Apostolicæ uiginti mē[s]ibus. Coronauit Othonem tertium: cum quo ille idem Bruno Pontifex Max. author est Septemuirorum summi in Rom. imperio senatus, qui solus ius habet & potestatem eligendi imperatoris. Obijt Romæ non sine ueneni suspitione 27 Maij, Anno incarnati uerbi 996. Sepelitur apud D. Petrum in summa Basilica urbis Romanæ.

17. HERPO successit Brunoni ad summum pontificatum euecto, anno salutis 994. Fuit uir acutissimi ingenij & eruditionis ac doctrinæ maximæ. Consequutus est ab Othone tertio potestatem cudendæ monetæ.

18. BERN

18. BERNHARIVS alijs Bernanus successit Herponi. Consequutus est priuilegia ab Imperatore S. Henrico secundo: Deceßit ex hac uita uicesima quinta Augusti, anno domini 1013.

19. WIGGERVS subrogatur Bernhario, præfuit annis quindecim. Ampliauit summam Basilicam Verdensem. Obijt septima septembrium, anni 1038.

20. DIETHMARVS eligitur post mortem wigarij in antistitē Verdensem, præfuit nō diu et uiam omnis carnis ambulauit ex hac misera lachrimarū ualle.

21. BRVNO secundus, suffectus est Diethmaro. Sub huius gubernatione Vandalorum irrupto in Saxoniam Orientalem plurimū obfuit Ecclesiæ Verdensi.

22. SIGEBERTVS eligitur in successorem Brunonis, fuit charus Henrico quarto & eius matri Agneti imperatrici, à quibus syluas seu Forestam MagdHeydensem & arcem Hermenburgensem consequutus est. Obijt 13 Octobrium anno domini 1060.

23. RICHEBERTVS, ducali stemmate natus & cleri sui sub Regula Benedictina adhuc uiuentis amantißimus. Præfuit imperatoris Henrici quinti temporibus.

24. HARDEVIGVS successit Richeberto, obijt imperante Lothario secundo.

25. MASO alijs Mazo, ex Canonico Goslariensi Episcopus Verdensis designatur post mortem Hardouigi, obijt imperante eodem Lothario.

26. THIET

## CATALOGVS EPISCOP.

16. THIETMARVS secundus, successit Mas-  
soni Episcopo, anno domini 1113, presuit annis 40.  
Decessit ex hac uita nona Calendarum Octobris, an-  
no incarnati uerbi 1168 Imperante Conrado tertio.  
Interfuisse legitur expeditioni Hierosolomitanae.

17. HERMANNVS subrogatur Thietmaro,  
fuit Imperatori Friderico charissimus, à quo liberali-  
ter donatus est. Consequutus est priuilegia ab Eus-  
genio tertio Pontifice Maximo: aliud enim de eo quæ-  
admodum etiam ferè de alijs nihil inuenio, adeo igna-  
ui fuerunt ueteres Germani in annotandis rebus suis  
ac suorum.

18. HVGGO eligitur Hermanno ex hac uita euo-  
cato in Episcopum Verdensem, obiit in Calendis Mar-  
tij, anni à nato Christo 1189, quo Pardeuickhum  
urbs Saxonie uetustissima expugnata, direpta, in-  
censa & euersa est: ex cuius ruinis nata est urbs  
Lunenburgensis. De huius potentissime olim urbis  
Fato, origine & interitione etiam, extat adhuc ta-  
le & si omnino barbarum Epigramma Pardeuicensis  
cuiusdam templi portæ saxæ incisum, quod mihi  
aliquando communicauit ciuis Lunenburgius BEN-  
NO Heerdelius, mihi meisq; parentibus præcis-  
pius amicus, quod in gratiam antiquitatis studioso-  
rum, cum breui explicatiuncula huic loco inserere  
uolui.

ABRAM

**ABRAM** dum natus, mox treueris incipit ortus  
 Hinc annis mille Bardwigk sex & quoq; quinq;  
 Idest, quinquaginta sex & mille  
 annis post initium Treuerensis  
 Urbis coepit Bardowicum.

Post Bardwigk Roma duo C cum quinq; triginta  
 M. C. post nat. iunctis octoginta nouemq;  
 Hoc est, anno domini Millesimo  
 Centesimo octuagesimo nono.

Dum Brunsvicensis dux Henricus Leo dictus,  
 Simonis in festo Bardwigk subuertit ab alto.

29. **TAMMO** uel Tanno ex Camerario summi  
 Collegij Verdensium Canonicorum, designatur  
 Episcopus anno domini Millesimo Centesimo octua-  
 gesimo nono. Acquisiuit arcem VallentLouensem  
 cum adiacente territorio. Dedit Ecclesie imaginem  
 D. Virginis e solido auro concinnatam. Decessit ex  
 hac uita Idibus Decembris, anni Christianorum Mil-  
 lesimi Centesimi nonagesimi septimi.

30. **RODOLPHVS** eligitur in Episcopum Ver-  
 densem, anno Incarnationis dominice, 1197. Praesuit  
 annis undecim. Obijt anno domini 1208. Construxit  
 arcem Rodenburgensem.

31. **ISO** Comes de Zwelpe, eligitur anno Christia-  
 norum 1208. Praesuit annis uiginti sex. Decessit ex  
 hac uita, Anno gratie per Christum restitute, 1234.

Quinta

## CATALOGVS EPISCOP.

Quinta Augusti. Construxit Collegiatum templum S. Andreae, in quo & terra mandatus est.

32. LVDERVS successit Episcopo Isoni anno domini 1134. Praefuit annis 19, obiit anno salutis Christianae 1154. Fundauit Schernbecense monasterium. Sub huius gubernatione capta est ciuitas Verdensis à comite de Woelpa.

33. GERARDVS comes de Hoia, constituitur Episcopus Verdensis, anno gratiae 1154. Praefuit annis sedecim, obiit anno domini 1170. Sub hoc uastata est incendio Ecclesia Cathedralis tota, cum Canonicorum habitationibus quae fuit occasio mutatae uitae Regularis in clero Verdensi.

34. CONRADUS dux Brunswicensis, germanus frater Othonis antistitis Hildesiani: designatur Verdensis Episcopus anno domini 1170, praefuit laudabiliter prudenter & utiliter annis triginta tribus. Valedixit mortali uitae anno redempti orbis 1303. Octobrii 15.

35. FRIDERICUS nobilis Regulus ab Honstetten, assumitur concordibus Capitularium suffragijs in Episcopum Verdensem anno domini 1303. Praefuit decem annis, quatuor mensibus. Ambulat uiam uniuersae carnis anno domini 1314. Ver elegantis & maxime proce-  
ra supra communem hominum rationem staturae.

36. NICOLAUS, uir summa prudentia praeditus eligitur in summum pastorem Verdensium, anno domini 1314. Praefuit annis uiginti, obiit anno Virginei partus,

1334. Muniuit Rotenburgum castrum ac fortilitium Epi  
scopatus Verdensis tutissimum.

37. IOANNES insignis Curia Romanae Medicus  
à Pontifice Max. Benedicto duodecimo Ecclesiae Ver-  
densi commendatur & offertur in Episcopum anno  
Domini 1334. Non diu praesuit, quia nec regio nec Ec-  
clesia ei placebat. Romam igitur reuersus, pro splendi-  
diore dignitate & loco laborans, Frysingensem Episco-  
patum anno Domini 1338 consequitur: mortuus tamẽ Ro-  
mae, in Ecclesiam Frysingensem nunquam uenit, ad  
quam se mortuum auehi mandabat, cum uiuus Pontifi-  
cis negocijs implicitus peruenire non potuisset: praes-  
uit tamen Frysingi annis duodecim. Obijt anno Do-  
mini 1350.

38. DANIEL Carmelita, Theologiae Magister,  
uir eximia doctrina & prudentia praeditus: ex Ponti-  
ficia prouisione consequitur Episcopatum Verdensem  
anno Domini 1337. Praesuit annis nouendecim, primum  
quiete & placide, humanus erga suos omnes: sed tan-  
dem elero admodum iniurius, à quo cum anno Domi-  
nicae incarnationis 1336 ad supplicium quæreretur, Cos-  
loniam aufugit, ubi in excommunicatione mortuus  
est. Sepelitur Aldenburgi. Extat de eo tale Epigramma.

Daniel antistes, non curat clerus, ubi stes?

Optans ut ualeas, dum modo non redeas.

39. VOOLEHVS ex Caroli quarti Impe. Can-

Hb

cellae

## CATALOGVS EPISCOP.

cellario, Episcopus Verdensis designatus est, uir sapientissimus, & omnibus Imperij proceribus summe charus: non diu praefuit. Moriens dedit Ecclesiae suae trecentos Rhenenses.

40. GERHARDVS Baro Montensis, successit Episcopo Rodolpho, sed nec ille diu praefuit, Vocatus enim ad Hildesianum Episcopatum gubernandum mortuo Ioanne Schadlandio Verdenscm resignauit anno domini 1364. De hoc antistite multa habes in Hildesheimensibus. Praefuit enim ibi triginta tribus annis.

41. HENRICVS à langen, Lunenburgensis ex preposito monialium Lunensium creatur Episcopus Verdensis anno domini 1364: uir pius, mitis & placidus. Praefuit annis octo. Obijt decima tertia Ianuarij, anno domini 1380. Sepelitur in Cathedrali Basilica Verdensi.

42. IOANNES de Sesterfiet Decanus Bremensis successit Henrico, praefuit laudabiliter annis octo, frequens fuit in coenobio Schermbeccensi liberaliter a se dotato, in quo decessit ex hac mortali uita, & honorifice tumulatur, decima Decembrium anni à nato. Christo Millesimi trecentesimi octogesimi octauo.

43. OTHO Brunswicensium & Lunenburgensium dux, Magni principis filius, eligitur anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octauo. Sub eo absoluta est Verdensis Ecclesia Cathedralis, quam dedicauit ille anno Dominicae Incarnationis Millesimo trecento

trecentesimo & nonagesimo. Mox postea ad Bremensis Archiepiscopatus gubernationem accitus, Verdensem pulchre tamen prius nudatam ( ut inquit Cranzzius ) resignavit.

44. THEODORICVS de Niem, sacrarum scripturarum & legum insignis Magister, substituitur resignanti Othoni à Pōtifice Maximo Bonifacio nono, contendit seuerissime cum Othone Bremensi Archiepiscopo propter detentam arcem Rodenburgensem, sed frustra. Rediit post pauculos annos Romã, ubi resignata Pontifici Verdensi Ecclesia ab eodem ad Cameracensis Episcopatus in Brabantia finibus siti, gubernationem est euectus.

45. CONRADVS nobilis heros de Vechta, eximius Iurium doctor, praeficitur Ecclesiae Verdensi à Bonifacio nono Pont. Max. Sed uidens plurimum ibi esse contentionum, emolumentum autem non perinde multum, mox resignata Pontifici Verdensi Ecclesia, ab eo ipso statim Archiepiscopatum Pragensem consequutus est.

46. CONRADUS à Sultow Lunenburgius sacrae paginae Doctor, tertius qui à Bonifacio 9 P. Max. ad Verdensem Ecclesiam gubernandam destinatur. Is utilissime praefuit: recuperavit arcem Rodenburgensem anno Dominicae incarnationis Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. Scripsit librum de Sancta Trinitate: accusatus hereseos, Romam profectus, coram

Hb . Pona

## CATALOGVS EPISCOP.

Pontifice ac toto Cardinalium confessu, longa oratione habita sese purgavit: obiit postea anno Domini 1407. Sepelitur Lünenburgi apud S. Michaelē. Non admodum laudatur à Crantzio Saxone: qui gula & uentri deditum fuisse scribit.

47. HENRICVS comes de Hoya ex Decano Episcopus Verdensis factus est anno Domini 1407, Canonicus electus à senatu Canonorum: contra illum misit Gregorius XII Pont. Max. Vdalricum Albaensem Canonici Iuris doctorem Ruperto Rom. Regi charū. His duobus de Episcopatus possessione digladiantibus per integrum annum, sententiam tandem tulit Alexander V. Pont. Max. iubens Vlricum cedere, Henricum uero Apostolica auctoritate confirmans. Is Henricus praesuit post adeptam confirmationem annis octo decim, sed non admodum multa cum laude: de quo qui plura scire cupit, Crantzium uideat. Renunciauit tandem Episcopatum anno 1426.

48. IOANNES de Asel Hildesianus, decretorum Doctor: constituitur Verdensis Ecclesiae antistes à Martino V. Pont. Max. anno Domini 1447. Praesuit prudentissime ac utilissime annis quadraginta tribus. Muniuit & illustrauit arcem Rodenburgensem: fuit pacis maxime studiosus, sed cui pace tamen admodum diuturna frui non licuit, caetera lege in Metropoli. Resignauit Episcopatum, Metallicarum rerum studijs praecipue delectatus anno 1470 etatis suae nonagesimo.

49. Ber.

49. BERTHOLDVS insignis Baro de Landsberg, uir mitis, placidus & humanus erga quosuis, ex Decano summi collegij Canonorum Verdensium in Episcopum eorundem eligitur anno Domini 1470. Illustrauit nouis aedificijs iisdemq; splendidissimis summam & Cathedralē Ecclesiam Verdensē, per annos septendecim integros, huic uni rei operam summam impendens: eam dedicauit anno Domini 1490. Erat Licentiatus Decretorum autoritate antecessoris sui designatus. Collegit insignem Bibliothecam in templo Mauriciano. Erat omnium doctorum hominum amicus ac fautor summus. Pacis studiosissimus. Muniuit Rotenbergense oppidum, fossis profundioribus & mœnibus firmioribus, includens etiam suburbium. Designatur anno Domini 1481 Episcopus etiam Hildesianus. Praefuit utriq; Ecclesiae annis uiginti duobus, obiit in Arce Rotenbursensi in Vigilia Ascensionis anno Domini 1503. Sepelitur in summa Verdensis urbis Basilica, cū Epitaphio, cuius author fuit Albertus Crantzius.

50. CHRISTOPHORVS dux Brunswicensis Henrici iunioris, ducis Brunswicensis Germanus frater, Bremensis Archiepiscopalis Ecclesiae coadiutor: assumitur anno aetatis suae decimo septimo in administratorem Verdensis Episcopatus unanimi consensu totius summi Canonorum senatus, anno Domini 1593. Praesens adhuc & Bremensi Archiepiscopatu & Verdensi

Hh 3

Episco

CATALOGVS EPISCOP.

Episcopatus hoc currente anno Domini 1549. Eximie  
proccra corporis statura praeditus: De quo Deo dans  
te in Bremensis Archiepiscopatus descriptione habes  
bis lector studiose plurima.

AD VRBEM BAMBËRGENSEM  
in Francia Orientali amoenissimam Schediasma

Gasparis Bruschiij Poetae Laureati.

Si uis urbs Bamberga omnes quasi cernere in uno  
Pastores speculo pontificesq; tuos:

Si templorum optas exordia prima tuorum

Scire, & quid quondam gesseris eximij?

Quid Pomeranorum praclarus Apostulus OTTO,

Quem tu non secus ac nobile numen amas.

Quid rex fecerit Henricus tuus inclytus ille

Fundator, summo ductus amore tui?

Quidue tibi dederit Conigundis Regia nupta

Illa Palatinae gloria summa domus?

Huc aduerte oculos, liber hoc te ille omne docebit,

Qui uenit in muros urbs peramcena tuos.

Hunc ut suscipias clementi pectore, non est

Vt moneam longo carmine forsitan opus.

Si bene te noui & sum non improuidus Augur

Officium facies ipsa parata tuum.

Sic sint omnia fausta iterum tibi, summaq; sedis

Numina Olympicae te reuerenter ament.

Sicutuus ille etiam radix cum foenore multo

Proueniat dulcis, Babenoberga tibi.

Caput